

Qua censura digna sit propositio sequens

137 126

(28)



Si Elrej de Francia ^{huc mulier} ~~ti~~ ^{una} ~~u~~ ^m ~~u~~ ^{er} ~~er~~ ^{steril}, pode casar con otra quedandosse con ambas ^{duas} ~~de~~ ^{heres} ~~por~~ ^{mo} ~~re~~ ^q ~~ue~~ ^{si} ~~si~~ ^{teniendo} ~~o~~ ^{bei} ~~o~~ ^{re} ~~re ^{necesidade} ~~de~~ ^{de} ~~de~~ ^{sucessores}, estando en ^{en} ~~en~~ ^{termos} ~~de~~ ^{da} ~~ley~~ ^{natural}~~

Item qua Censura digna sit haec ^{eadem} ~~pro~~ ^{pro} ~~positio~~ ^{positio} ~~intelle~~ ^{ta} ~~in~~ ^{ter} ~~minis~~ ^{Legis} ~~Eu~~ ^{an} ~~geli~~ ^{ca}

Item qua Censura digna sit haec eadem ~~pro~~ ^{pro} ~~positio~~ ^{positio}, si hodie asse-
ratur ab aliquo absolute, nihil distinguendo de terminis ^{Legis} ~~Legis~~ ^{Nature}, aut de terminis ^{Legis} ~~Legis~~ ^{Eu} ^{an} ^{geli} ^{ca}.

Perspiciuntis gratia ad secundam interrogationem et tertiam primo loco censemus respondendum. Propositionem autem illam siue in terminis secundae interrogationis, siue in terminis tertiae proponatur, pro eadem illam deputamus, quod ad censuram attinet.
¶ Si in ea propositione non adderetur de virtute illa; tenendo obei ^{re} ~~re~~ ^{necesidade} ~~de~~ ^{de} ~~de~~ ^{sucessores}, non dubitaremus illam esse a periti errore in fide: ut pote quae post legem Euangelicam polygamiam licitam absolute assereret contra a peritissima sacre scripturae testimonia Math. 19. Marci 10. Lucae 16. et 1^a ad Corint. 7. atq; definitio-
ne Inno 3ⁱ. e gaudemus de diuort, ubi iuxta eadem testimonia definit, nulli unquam licuisse plures simul habere uxores, nisi ex diuina dispensatione. Unde quia omnis uniuersum dispensa-
tio Lege Euangelica sublata fuit, ita ut nullus infidelium, siue is Iudaeus, siue Mahumetanus, siue gentilis sit, matrimonium validum cum pluribus simul post legem Euangelicam celebra-
re ualeat, decernitur, si eorum aliquis ad fidem conuertatur, debere manere cum sola prima uxore superbitate, si illa sine
injuria Saluatoris conuersari cum eo consentiat, quod etiam seruat praexis Ecclesiae. Accedit, praeter alia, definitio illa
Concilij Trident. sess. 24. cano 20. Si quis dixerit licere Chris-
tianis plures simul habere uxores, et hoc nulla lege diuina esse

prohibitum, anathema sit. Iccirco autem Concilium de solis Christianis loquitur, quia exordem damnat Lutheri, qui assererat licitum eis esse, sicut quondam Judaeis, neq. ulla lege eis esse prohibitum.

Ad data uero restrictione illa, attendo. Per necessitatem de successore, in quo solo eventu, et ratione cuius restrictionis propositio uidetur solum prolata, non dubitamus eam esse ualde temerariam, praesertim auiu offensiuam, scandalosam, plusquam periculosam in fide, publicaq. retractatione dignam; praesertim cum asserat id ex se esse licitum, absq. ulla summi Pontificis dispensatione. Quamuis enim arbitremur nullam ad id potestatem relictam a Deo esse in Ecclesia, grauiori tamen censura digna est ea propositio, asserens id ex se esse licitum, quam si ex summi Pontificis dispensatione licere diceretur.

Ratio huius nostrae censurae haec est, quoniam contra fidem est post Euangelicam legem asserere polygamiame esse licitam, idq. refragante iure diuino non solum positiuo, sed etiam naturali, ut aperte sonant testimonia citata, et definitio Inno. 3ⁱ uelutatin magis patebit: illa autem circumstantia sufficiens non est, ut per epicheiam ea exceptio fieri possit a diuino, ac naturali iure, etiam si ex hominum nequitia successoris defectus praebere deberet multorum malorum occasione. Id enim quod per se, et ex natura dei naturali, et diuino iure est prohibitum, sane propterea, quae hominum malitia euenire possunt, nec mutari debent, nec possunt. Adde admissa in ea materia exceptione illa a iure naturali propter ea circumstantiam, continuis multiplicandis, atq. extendendis esse exceptiones ex alijs circumstantijs. Adde etiam nec certo per secundum matrimonium regem habiturum esse successore, nec si illum esset habiturus, certum esse per eum uitanda esse mala, quae timerentur, nec futura alia grauiora. Adde praeterea, ex eo quod de si descendens, non sequi deesse successore legitimum; Itemq. regnum ipsu eligere sibi posse successore in euentu, quod omnis uniuersum legitimus successor desit. Quod autem regnum ad eum statum redeat, in quo erat antequam ullus in eo crearetur successor, causa non est sufficiens, ut propterea ea exceptio a diuino, et naturali iure fiat.

Quod ad primam interrogationem attinet, duo capita sunt

unde propositis illa potest esse asserta. Vnu, quia autor illius existimat
licitam esse polygamiam *Stand's in solo iure naturali*. Alteru quia 127
existimans illicitam esse, censet nihil minus esse licitam ex *Circums-* 738
tantia, quod rex gallicus uxorem sterilem habeat, et Successore in Regno
careat.

Quod ad primum caput attinet, nō ignoramus nonnullos catholicos asse-
ruisse, polygamiam *Stand's in solo iure naturali* esse licitam, solo
uero diuino positius iure esse illicitam. Ceteru communis scholasti-
coru, ac patru sententia est in contrarium, nec dubitamus illa alia
paru esse tutam in fide. Primis, quia Lex Evangelica est Lex liberta-
tis, neq. Christus coarctauit naturale ius per precepta positina: Quare
uerisimile non est reddidisse nulla ea matrimonia, quae in *Stand's*
in solo iure naturali, erant licita, ac ualida. De qua id Christus
aperte significauit Math. 19. dum, ut ostenderet illicitum esse repu-
diu uxoris, et matrimoniu cu alia uiuente adhuc repudiata, atq.
ades illicitam esse polygamiam, id ostendit, ac probauit ex prima ma-
trimonii institutione, dicens. Non legistis, quia qui fecit hominem ab
initio, masculu, et feminam fecit eos. Et dicit, propter hoc demit-
tet homo patrem, et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo
in carne una. Itaq iam nō sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus
conjunxit homo nō separet, et infra. Moyses ad duritiā cordis
uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autē non
fuit sic. Dico autē uobis, quia quicumq. dimiserit uxore suam, et
aliam duxerit, mœchatur. Ecce, ex prima matrimonii institutione
ipsiusq. naturae docuit esse conjunctionē unius cum una tantum,
aperte significans, se nō constituisse aliud preceptu, quam illud na-
turale ex ipsa matrimonii institutione; id quod aperte constat, et
si uacaret modo hac, et alia Genesios uerba expendere.

3o. Validissime probatur polygamiam *Stand's in solo iure naturali*
illicitam esse, ac inuolidam, quoniam si polygamia *Stand's in solo*
iure naturali esset licita, sane matrimonio unius infidelis cum
pluribus uxoribus essent hodie ualida; quando quidem infideles ante
quam Ecclesie obtinuerint ingrediantur nō tenentur legibus positius
Euangelij: at uero c. Gaudemus de diuore definitum est, ejus-
modi omnia infideliu matrimonia, praeter primum, esse nulla, neq.
unquam polygamiam ualidam fuisse, nisi ex diuina dispensatione,
eaq. de causa, qui ad fidem conuertitur, si plures habeat uxores, pre-
cipitur separari a reliquis, et manere cum sola prima, si illa sine
injuria saluatoris consentiat habitare cum ipso, idq. seruat praxis



ecclesie: ergo polygamia stando in solo iure naturali est inualida,
ac nulla, contrariumq; affirmare est parum tutum in fide.

Si ergo propositio illa ex priori illo capite esset asserta, censenda profecto
hodie esset parum tuta in fide. Veruntamen nulla ratio videtur
fuisse asserta ex eo capite. Quoniam si autor credebat, polygamiam
stando in solo iure naturali esse licitam, non habebat necesse recurrere
ad eas circumstantias, si rex gallie uxorem haberet sterilem, et carent
successore in regno; quoniam ex eo capite, etiam sine his circumstan-
tijs videmus esse asserendum stando in solo iure naturali. Quare ex solo
posteriori capite proculdubio videtur propositio asserta, supposito, quod
polygamia iure naturali illicita esset, ac nulla.

Quod si in eo sensu asserta fuit propositio, sane eadem fere censura arbi-
tramus esse notandam, qua in terminis secunda, et tertia inter-
rogationis notata a nobis fuit; qui namq; arbitratur, iure diuino
naturali illicitam, ac nullam esse polygamiam, censet, legem Evan-
gelicam solum abstrulisse dispensationes omnes, quae ante ipsam circa
praecipuum illud a Deo erant concessa, statuisseq; illud naturale pre-
ceptum in tota sua amplitudine esse deinceps seruandum; in ea uero
opinionem idem ^{est} legem Evangelicam, adhibito exemplo in Rege gallie,
qui et mulierem habebat stentem, et successore in regno carebat, uelle
ex ea circumstantia eximere polygamiam in eo euentu a iure diuino
naturali, et uelle in illo eodem euentu eam eximere a lege Evan-
gelica, quae non aliud statuit, quam praecipuum ipsum iuris naturalis in-
frangi, et robore absq; ulla diuina dispensatione. Et deniq; culpa in
asserenda ea propositione, siue in terminis prima, siue secunda, aut
tertia interrogationis fuerit asserta, in eo posita est, quod assertor
illius ex circumstantia illa uelit eximere polygamiam in eo euentu
a praecipuo iuris diuini, siue praecipuum illud solum sit diuini natura-
le, siue etiam positium.

Censura della propositio
del dottor P. V. P. V. P. V.